

hanc. Quō mulier illa Samaritana, cui dicitur ē: Qui biberit de hac aqua, nō sitier unquā, cōtinuo illa fecū dū corpus accipiēs, sed tñ carere indigētia uolēs, Da (ungt) mihi dñe de aqua, sic & isti: Dñe, da nobis pa- nē hūc, qui nos reficiat, ne cōdesiciat, **Dixit ergo eis Iesus:** Ego sum panis vitæ. Qui uenit ad me, nō esuriet, & q credit in me, nō sitiet unquā.] Qui ue nit ad me, hoc est, quod ait, & qui credit in me. Et qd dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, nō sitiet un quā. **V**tragi em̄ illa significat æterna satietas, ubi nulla est regesta. Panem de cælo desideratis, ante uos ha beris, & non manducatis. Sed dixi uobis, quia & ui disis me, & non credidistis.

FERIA SEXTA

post Oculi, Iohannis IIII.

In illo tempore Venit Iesus in ciuitate Samaria, quæ dicitur Sychar, iuxta p- diū qd dedit Jacob Joseph filio suo. Et rel.



Cum autem dixit Euāge lista in quo prēdio erait fons Jacob, addi- sit: **Jesus autem fariga- tus ex itinere, sedebat** scilicet supra puteū, quod san- tus Jacob Joseph filio suo dereliquerat. Quod prēdi um non tam Joseph, quam Christo arbitror derelictū: cuius figurā sanctus Joseph patriarcha portauit, quem

uere sol adorat & luna, & omnes stellæ benedicunt. Ad hoc prædiū ideo uenit dominus, ut Samaritanus, q̄ ha-
reditatem sibi patriarchæ Israel uendicare cupiebat, agnoscerent possessorem suū, & conuerterentur ad Christum, qui legitimus patriarchæ heres est factus. Dicit enim euangelista: Iesus aut̄ fatigatus ex itinere, sedebat sic super puteū. Euangelica sacramēta in domini nostri Iesu Christi dictis factisq̄ signata nō omnibus patent, & ea nonnulli minus diligenter, misericordia sobrie interpretando, afferunt plerūq; pro fa-
lute perniciem, & pro cognitione ueritatis errorem. Interq; illud est sacramentum, quod scriptum est, do-
minum hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fes-
sumq; ab itinere re sedisse, à muliere Samaritana potū
petuisse, & cætera quæ in eodem loco discutienda & tractanda dicuntur. De qua re id primum tenendum
est, quod in omnibus scripturis summa uigilantia cu-
stodiiri oportet, ut secundum fidem sit sacramenti dī
uini expositio. Hora igitur diei sexta, uenit ad puteū dominus noster. Video in puteo tenebrosam, p̄fun-
ditatem: admoneo ergo intelligere mūdi huius infir-
mas partes, id est, terrenas, quo uenit dominus Iesus
hora sexta, id est, sexta ætate generis humani, tanquam
senectute ueteris hominis, q̄ iubemur exui, ut indua-
mūr nouo, qui secundum deum creatus est. Veteris
itaq; hominis uita, quæ secundum carnem tempora-
li conditione peragitur, sexta ætate senectute cōcludi-
tur. Quia senectute (ut dixi) humani generis dominus
noster creator & reparator aduenit, ut moriente sci-
licet ueteri hoīe, nouum in se constitueret, quæ exutū
luto terreno, in cælestia regna transferret. Ergo nūc
puteus (ut dictum est) mundi huius terrenum labores

& errorē tenebroſa profunditātē significat. Et qm̄ extioreſt homo uetus, & nouus interior, dictū est ab Apostolo: **E**t si exterior homo noster corrumpt̄, sed interior renouatur de die in diem. **R**ectissime omnino, quoniam omnia uisibilia ad exteriorē hominem pertinent, quibus disciplina Christiana renunciat. **H**ora ſexta uenit dominus ad puteū, id eft, medio die unde iam incipit ſol iſte uisibilis declinare in occaſum. Quoniam nobis uocatis à Christo uisibiliū delectatio minuitur, ut inuifibiliū amore homo interior recreatus, ad interiorē lucem quæ nunquā excidit, reuertatur, ſecundum Apostolicam disciplinam, **1. Cor. 11. 19**, non quārēns quæ uidentur, ſed quæ nō uidentur. Quæ enim uidentur, temporalia ſunt; quæ autē non uidentur, eterna ſunt. **Q**uod autem fatigatus uenit ad puiteum, infirmitatē carnis significat: quod ſedit, humilitatem. **Q**uiā & imbecillitatē carnis pro nobis ſuscepit, & homo hominibus tam humiliter apparere dignatus eſt. **D**e hac infirmitate carnis Propheta dicit: Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre imbecillitatem. **D**e humilitate uero Apostolus loquitur, dicens: Humiliauit ſemetipum factus ſubditus uſq; ad mortem. **P**hilip. 2. Quanquam illud quod ſedit (quoniam ſolēt ſedere doctores) poſſit alio intellectu, non humilitatis modetiam, ſed magistri demōſtrare personam. Sed quāri potest, quare à Samaritana, ab ea quæ hydriæ implendæ gratia uenerat, bibere poſtulauerit, cū ipse poſtea ſpiritualis fontis affluentiam ſe perentibus dare poſſe prædicauerit. **S**ed ſcilicet firiebat deus mulieris illius fidem, quæ quoniam Samaritana erat, & ſolebat Samaria idololatriæ imaginem uſtincere. **I**psi enim separati à populo Iudeorum ſimulacris muto

rum animalium, i.uaccis aureis animarum suarū de-
 cus addixerat. Venerat autem dñs noster Iesus Chri-
 stus, ut gentium multitudinem, quæ simulacris ser-
 uierat, ad monumentū fidei Christianæ, & incorru-
Matth. 9. ptæ religionis adduceret. Non enim est, inquit, sanis
 opus medicus, sed male habētibus. Ergo eos fidem
 sitit, pro quibus sanguinē fudit. Dixerat ergo ad eam
 Iesus: **Mulier, da mihi bibere.** Et ut noueris qd
 sitiebat dñs noster, post paululum ueniuunt discipuli
 eius, qui perrexerant in ciuitatem, ut cibos emerent.
Dicunt ei: Rabbi, manduca. Ille autem di-
 gitcīs: **Ego habeo eſ cā manducare quā vos**
 nescitis. Dicunt discipuli eius ad alterutrum: Nung
 aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus ci
 bus est, ut faciā uolūtatem eius q misit me, ut perfis-
 ciam opus eius.] Nūquid hic intelligitur alia uolun-
 tas patris q eum misit, ut opus eius perficeret ueller,
 nisi ut nos ad fidem suam à pernicioſo mundi errore
 conuerteret? Qualis ergo cibus eius, talis & potus.
 Quapropter hoc in illa muliere sitiebat, ut facerer in
 ea uolūtatem patris, ut perficeret opus eius. Sed illa
 carnaliter intelligens, respondit: **Tu cum sis Ju-**
dēus, quō a me bibere poscis, cūlīm mulier
Samaritana. Non enim contunduntur Judæi
 Samaritanis, Cui dñs noster dixit: Si scires donū dei,
 & quis est qui dicit tibi: da mihi bibere, tu magis pe-
 tissime abeo, & dedissem tibi aquam uiuam.] Et hinc
 ei ostenderat, non se ralcm aquam petisse, quale ī ipsa
 intellexerat. Sed qā ipse sitiebat fidem eius, eidem si-
 tienti spm ſctm dare cupiebat. Hanc enim recte in-
 telligimus aquam uiuam, quod est donum dei, sicut
 ipse ait: [**Si scires donum dei,**] Et sicut idē Iohannes

testatur alio loco, dicens, quod stabat Iesus & clama-
bat. Si ergo sitis, ueniat & bibat. Qui credit in me sicut
dicit scriptura, flumina de uentre eius fluunt aquæ ui-
ua. Consequenter omnis qui credit in me, inquit, flu-
mina de uentre eius fluunt aquæ uiuæ: quia primo cre-
dimus, ut hæc dona mereamur. Hæc ergo flumina
aquæ uiuæ, quæ illi mulieri uolebat dare, merces est
fidei, quam prius in illa sitiebat. Cuius aquæ uiuæ in-
terpretationem ita subiicit: **Hoc autem dicebat** (inquit)
de proprie, quem accepturi erant hi, qui in eum credidit
erat. Non enim erat spiritus datus, quia Iesus non-
dum fuerat glorificatus. **Hoc itaque donum spiritus** est
est, quod post suam glorificationem dedit ecclesia, sic
ut alia scriptura dicit: **A**scendens in altum, captiuam
duxit captiuitatem, dedit dona hoibus, Sed adhuc il-
la mulier carnaliter sapit, sic enim respondit: **D**omine,
ne*c* hauritorii habes, & prouteus altus es, vni-
de mihi habes dare aquam vinam: **N**unquid
tu major es patre nostro Jacob, qui de dit no-
bi hunc prouteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pe-
corae eius? **N**unc uero iam diu exponit, quid dixerit.
Domini inquit, qui biberit aqua ista, siti et re-
rum. **Q**ui autem biberit de aqua quam ego
deder*o*, non siti et in æternū: sed aqua illa quam
deder*o*, sicut in eo sors aquæ salientis in vitam
æternam. **S**ed adhuc mulier prudentia carnis ample-
titur, respondens: **D**omine, da mihi hanc aquam,
renonciat, ne*c* veniam huc haurire. **D**icit ei
Iesus: **V**ale uoca virum tuum, & veni huc.
C*a* si learet ea uis non habere, cur hoc dixerit querit.
Nam cum mulier dixerit: **N**on habeo virum, dicit
Iesus: **B**ene dixisti, non habeo virum: quicquid enim uiros

habuisti, & nūc quē habes, nō est tuus vir. Hoc uere
 dixisti.] Sed non sunt hēc carnaliter accipienda, ne
 huic ipsi adhuc mulieri Samaritanę similes esse uidea-
 mur: sed de illo dono dei, si aliquid iā gustauimus, spūa
 liter ista tractemus. Quinque viros, quinque lib̄ ros, qui
 pro Moysen ministrati sunt, nōnulli accipiūt. Quod au-
 tē dictū est, [& nunc quē habes non est tuus vir,] de-
 seipso dicitur dixisse intelligunt, ut iste sit sensus: Prio-
 quinque libris Moysi, qui si quinque uiris seruisti: nunc autē
 quem habes, i. quem audis, nō est tuus vir, qui a nondū
 in eū credidisti. Sed quim nondū credēs Christo, adhuc
 iraque illorū, quinque uirorum. i. quinque libros, copula-
 tione tenebas, potest moueri, quō dici potuerit, quin
 que uiros habuisti, qui si tunc eos iā non haberet, cum
 adhuc urique ipsis subdita uiueret. De inde cum quinque
 libros Moysi, nihil aliud quam Christum prædicēt,
 sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, crederetis forstā &
 mihi, Ille enim de me scripsit: quōd potest intelligi à
 quinque illis libris recedere hoīem, ut ad Christū trā-
 seat, cū ille qui credit in Christum, non relinquit quin-
 que illos libros, sed spiritualiter intelligendo, multo
 beatius amplectatur? Est ergo aliud intellectus, ut
 quinque uiri intelligent quinque corporis sensus. Vnus,
 qui ad oculos pertinet, quo lucem istam uisibilē, &
 quoslibet colores formasque corpori cernimus. Alter
 est autē aurium, quo uocum & omnium sonorū mo-
 menta sentimus. Tertius nariū, quo uaria odorū sua
 uitate delectamur. Quartus in ore gustus dulcia &
 amara sentit, & omnium savorū habet examē. Quin-
 tus pro totum corpus tangendo dijudicat calida & fri-
 gida, mollia & dura, leuia & aspera, & quiquid aliud
 est quod tangendo sentimus. Iste itaque carnalibus

Johan. 5.

post
 uerba prima ha-
 uentia quā
 uerba redi-
 git, carnalē u-
 erba, T
 uerba, qui
 uerba natural-
 ia, & deo artic-
 ulata, ranc
 uerba, sed d
 uerba genet
 erativa, si u-
 erba, non iam il-
 lata, uerba spiri-
 tualiter ieru-
 sianam uiris
 subdita uerba,
 uerba, cui co-
 hēderet
 uerba spiritu-
 aliter perfec-
 tiorerit & cha-
 ractērū illi mu-
 nientur
 uerba multitudinē
 sit, potiū tēpon
 uerba arat
 uerba, uerba
 acceptarit in
 obitu carna-
 malem
 uerba & uen-
 tationem in qua
 uerba, qui loqu

POST OCVLI

451

quinque sensibus prima hois ætas imbuitur, necessaria
in natura mortalis: quia ita post precipitm primi hois na
tum, ut nondum reddit a luce mentis, carnalibus
sensibus dedit, carnalē uitam sine ulla ueritatis intel
ligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes,
& parvulos pueros, qui nondū possunt accipere ra
tionem. Et quia naturales sunt isti sensus, qui primā
ætate regunt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte
dicitur idem mariti, tanquam legitimi. Quod non eos
errores uitio, proprio, sed dei artificio natura cōtribu
it. Cum autē quisque uenerit ad ætatem, cuius uita pos
sif capax esse rationis, si ueritatem statim cōprehen
dere potuerit, non iam illis sensibus rectoribus ute
tur, sed habebit uir spiritu rationalē, cui sensus illos
in famulatū redigat seruitutis, subiiciens corpus suū
cum anima, non iam uiris quinque. i. quinque corporeis
sensibus, quibus subdita est: sed uerbum diuinum ha
ber legitimū uira, cui copulata est inhærēs, cum &
ipse spiritus hois hæserit Christo: quod caput uiri Chri
stus est, amplexus spiritualia æternæ uite, sine ullo
separationis timore perfrui, ut ait Apostolus: Quis Roma.
nos separare poterit à charitate Christi? subauditur,
nulla res. Sed quod illa mulier errore tenebatur, quæ
significabat multitudinē seculi uarijs superstitioni
bus subiugari, post tempora illa quinque carnalium sen
sum, quod bus prima ætas (ut diximus) regitur, non ea
uerbum dei acceperat in coniugi, sed cōplexu adul
terino diabolus eam obtinebat. Itaque illi dominis dicit,
uidens eam esse carnalem. i. carnaliter sapere: [V a
de, uoca uirum tuū, & ueni huc.] Id est, remoue te ab
affectione carnali, in qua nunc cōstituta es, unde nō
potes intelligere que loquor. Et uoca uirum tuum,

id est, spiritu intelligētiae præsens esto. Est enim animus
 quasi maritus quodammodo spiritus hoīs, qui animale
 affectionem tanquam coniugem regit: non ille sp̄s
 sanctus, qui cum patre & filio incomutabiliter datur,
 sed spiritus hoīs, de quo Apostolus dicit: Nemo scit
 quid est in hoīe, nisi spiritus hoīs qui est in eo. Nam ille
 spiritus sanctus, spiritus dei est, de quo iterū dicit:
Sic & quae dei sunt nemo scit, nisi spiritus dei. Hic
 ergo spiritus hoīs cum præsens est, id est, intentus, & se
 pietate subiicit deo, intelligit homo que spiritualiter
 dicuntur. Cum autē diaboli error, tanq; absente intel
 lectu, in anima dominat, adulter est. [Voca ergo (in
 quid) uirum tuum,] id est, spiritum, qui est in te, quo
 potest homo intelligere spiritualia. Si enim lux ueritatis
 illuſtrat, & ipse adſit, colloquar tibi, ut spiritu
 alem aquam possis accipere. Et quum illa, nō habeo,
 ait, virum, bene, inquit, diristi, quinq; enim viros
habuisti, id ē, quinq; sensus carnis in prima aetate re
 xerunt te. & nunc quē habes, non est tuus vir,
 quia non est in te spiritus qui intelligat deum, cum qd
 legitimū potes habere connubium, sed error diaboli
 potius dominat, qui te adulterina contaminatione cor
 rumpit. Et foras tē intelligētibus indicaret, quinq; u
 ror nomine, significari quinq; memoratos corporis
 sensus. Post quinq; carnales responsiones, ista mulier
 sexta responsione nominat Christum. Nā prima eius
 responsio est: Tu cum sis Iudeus, quomodo
 a me bibere petis? Secunda: Dñe, neque in quo
 baurias habes, & putes altius est. Tertia: Do
 mine, da mibi hanc aquam, vt non sicutiam, ne
 que veniam huc baurire. Quarta: Non habeo
 virū. Quinta: Uideo quia propheta es tu, pa-

Tres nostri in monte hoc adorauerunt. Namsta
respicio carnalis est. Carnalib^o enim datus fuerat loc^o
terrenus ubi orarent: spūales autē, spiritu & ueritare
oratores esse dominus dixit. Quod posteaque locutus
est sexta mulieris respōsio, Christum fatetur oīm iu
storiū esse doctorem. Dicit enim: Scio quia Hessi
ga venit, qui dicitur Christus. Cum ergo ve
nerat, ille nobis annunciat omnia. Sed adhuc
uerat, quia cum quem uenturum sperat, uenisse non
uider. Veruntamen misericordia domini nunc error
iste, tanquam adulter expellitur. Dicit ei Jesus:
Ego sum qui loquor tecum. Quo audito, illa nō
respondit, sed statim relicta hydria sua, abiit in ciuita
tem festinans, ut euangelium & domini aduentum nō
tātum crederet, sed etiam prædicaret. Nec hoc quod
relicta hydria discessit, negligenter prætereundū est.
Hydria fortasse enim amorem seculi hui^o significat,
id est, cupiditatem, quia sibi homines de tenebrofa
profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est,
de terrena conuersatione hauriunt uolupratem, qua
percepta, iterum in eius appetitum inardescant, sicut
de aqua illa qui biberit, si uerit iterum. Oportebat autē
ut Christo credens seculo renunciaret, & relicta hy
dria, cupiditatem secularē se reliquisse mōstrareret, nō
solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salu
tem ore confessura, quod credidit. Dicite mihi muli
er. Domine, video quia propheta es tu. Cœ
pi uenire uir, nondum plene uenit, quia prophetam
dominum putauit. Erat quidem & propheta, nā de
leipso ait: Non est propheta sine honore, nisi in pa
tria sua. Item de illo dictum est ad Moysem: Prophe
tam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui. Si
ff iiij

milem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis, Ergo inuenimus dñm Iesum dictum prophetā, Proinde iam non multū errat mulier ista. Video inquit, quia propheta es tu. Incipit uira adulterum excludere, quādo ait, [uideo quia propheta es tu.] & incipit querere quod illam solebat mouere. Contētio quippe fuerat inter Samaritanos & iudeos, quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant dñm. Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant. Ex eo iudæi meliores esse lata bantur, quia in templo adorabant deum. Non enim contunduntur Iudæi Samaritanis, qd dicebant: Quō uos letatis, & video uos nobis meliores esse perhiberis, qd templum habetis, quod nos non habemus? Nungd patres nostri qui deo placuerūt, in templo adorauerunt? Nonne in isto monte adorauerunt, ubi nos sumus? Melius ergo nos (inquiunt) in hoc monte deū rogamus, ubi patres nostri rogauerunt. Congende bant utriq; ignari, quia uirum non habentes, illi pro templo, isti pro monte inslabantur aduersus inuicē. Dominus tamen modo docet mulierem, tanquā cuius uir coepit præsens esse. Dicit ei mulier: Dñe, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit ei Iesus: Maler, crede mihi. Veniet enim ecclesia, sicut dictū est in Canticis canticorū: Dilectus meus loquitur mihi. Et iterū: Surge, ppera amica mea, formosa mea, columba mea, immaculata mea, & ueni. Iam enim hyems transiit, imber abiit, flores apparuerunt in terra frā, tēpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra. Merito iā præsente uiro audit mulier,

Cant. 2.

[Credere mihi.] Iam enim est in te qui credat, quia praesens est vir tuus. Cœpisti adesse intellectu, quoniam me prophetam appellasti. **Mulier, crede mihi, quia nisi credideris, non intelliges.** Ergo crede mihi. **Quia veniet hora, quoniam neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.** **Nos adoratis quod nescitis, nos adoram⁹ quod scimus, quia salus ex Iudeis est.** Sed uenit hora & nūc est.] **Quae ergo hora?** [Quando ueri adoratores adorabunt patrem in spū & ueritate.] Non in mōte isto, nō in tēplo, sed in spū & ueritate. Spū est deus. Si corpus esset deus, oportebat eū adorari in mōte, quia corporeus ē mōs: oportebat eū adorari in tēplo, quia corporeū est templum. Spū est deus, & eos q̄ adorant cum, in spū & ueritate oportet adorare. [Nos adoramus quod scimus, nos adoratis quod nescitis, quia salus ex Iudeis est.] Multū dedit Iudeis, sed noli istos reprobos accipere, pariter illū scilicet, cui Israël adiūctus est, ut placati in lapide angulari, q̄ est Ch̄rs, copularent. **Vnus enī paries, à Iudeis, unus à gētibus, lōge dissiti parientes, sed donec in angulo cōiungant.** Alienigenæ autē & hospites erant, & peregrini à testamētis dei. Scdm̄ hoc ergo dictū est, [nos adoramus qdscim⁹.] Ex persona quidē Iudæor̄ dictū est, sed nō omniū Iudæor̄, nō reprobor̄ Iudæor̄, sed de talibus, quales fuerunt apostoli, q̄les fuerunt prophetae, q̄les fuerunt oēs illi sancti, qui omnia sua uendiderunt, & precia rei suarū ad pedes apostolor̄ posuerunt. **Nō repulit eīm̄ deus plebē suam, quā præsciuīt.** **Dicit ei mulier: Scio psalm. 93 quia Messias uenit, qui dicitur Christus.** Cum ergo uenerit, ille nobis omnia demōstrabit.] **Cū ille uenierit, mōtem spērnet, & templum cueret, Docebit nos**

Ille omnia, ut in spiritu & ueritate nouerimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nōdum agnoscebat, iam ergo digna erat cui manifestaretur. **Messias** autem unctus est. **V**nctus latine, grāce χριστός est, Hebraice **Messias** est. [Ergo dicit ei mulier, scio quia **Messias** uenit, qui dicitur **Christus**. Cum ergo uenerit, ille nobis annunciatibit omnia. **Dicit ei Jesus:** **Ego sum qui loquor tecum.** Iam mulier ordinatur in fide & regitur bene uictura. Postea quā audiuīt hoc, ego sum q̄ loquor tecum, iā ultra quid diceret? qm̄ Christus dñs manifestare se uoluit mulieri, cui dixerat, [crede mihi] **Et cōtinuo venerunt discipuli, et mirabantur quia cū muliere loquebatur.** Quia quārēbat perditam, que nerat quārēre quod perierat, hoc illi mirabātur. Bonum em̄ mirabātur, non malū suspicabantur. Nemo tñ dixit, quid quāris, aut quid loqueris cū ea? **Re liquit ergo hydriam suam mulier.** Audito, ego sum q̄ loquor tecū, & recepto in corde Christo dño, quid faceret, nisi iam hydriam dimitteret, & euangelizare curreret. Projecit cupiditatē, & pperauit annūciare ueritatē. Hydria uas erat unde aqua hauriebatur, grāco nomine appellatur ὕδρια, qm̄ Grāce aqua θεωρη dicitur, tāquam uas aquarum diceretur. Projecit hydriam, quae nō iam usui, sed onerifuit. Auida quippe desiderabat aqua illa satiari, ut annunciat Christum, onere abiecko. Cucurrit ad ciuitatē, & dicit illis hominib⁹. **Venite et videte hominē, qui dicit mibi omnia quācunq̄ feci.** Pederentim, ne illi quasi irascerentur & indignarentur, & perquireret, addidit: **Nunquid ipse est Christus?** Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eū. Et rogabāt eum

discipuli dicentes Rabbi, māduca.] Erant emere ci
bos, & uenerunt. Ille autē dixit eis: Ego cibū
habeo manducare, quem vos nescitis. Dice
bant ergo discipuli adiuicem: Nūquid aliquis attu
lit ei manducare?] Quid mirum si mulier illa nō in
telligebat aquam, ecce discipuli nondū intelligebant
escam. Auduit aut cogitationes illorū, etiam instruit
ut magister, non p circuitū, sicut illā, cuius adhuc ui
rum requirebat, sed erā aperte. **H**eus (inquit) ci
bus est, ut faciat voluntatē eius qui me misit.
Ergo & potus ipse erat in illa muliere, ut faceret uo
luntatem eius, qui cū misit. Ideo dicebat, [satio, da mi
hi bibere,] Scilicet, ut fidē in ea operaret, & fidē eius
bibere, & eam in corpus suū traīceret. Corpus enim
eius est ecclesia. [Ergo (inquit) ipse cibus meus ē, ut
faciam uolūtam eius, q me misit,] ut pficiam opus
eius. **N**ōne vos dicitis quod adhuc quatuor
menses sunt, & messis venit? In opus feruebat, &
oparios mittere disponebat. Vos q̄uor mēses com
putaris ad messem, ego uobis aliam messem albā &
pararam ostendo. **E**cce dico uobis, leuante oculū
los vestros, & videte regiones, quia iā albae
sunt ad messem. Ergo messores missurus est. In
hoc em̄ est verbum verū, quia aliis est qui se
minat, & aliis est qui metit. Ut & qui seminat si
mul gaudeat, & qui metit. **E**go misi uos metere,
qd uos non laborasti. Alij laborauerunt, & uos in la
bores eos introiijstis.] Nam ubi iā laboratum erat,
utq̄ seminatū erat: & qd seminatū erat, iā maturū fa
ctum falcem & triturā desiderabat. Quo ergo erant
messores mittēdis? **V**bi iā propheta p̄dicauerūt. Ipsi
em̄ seminatores fuerūt. **N**ā si ipsi nō seminatores, un
ff v

de ad illam mulierem peruererat, [scio quia Messias uenit.] Iam ista mulier fructus maturuserat, & erat albae messes, & falcē quārebant. [Misi uos metere, quod non seminastis. Alij seminauerunt, & uos in eō rū labores introiūstis.] Quid laborauerūt ipse Abram, Isaac & Jacob? Legite labores eorū. In omnibus ēm laboribus, pphetia ē Christi, & ideo seminatores Moyses & cæteri patriarchæ, & omnes prophetæ multa pertulerūt in illo frigore, quando seminabant. Ergo iam in iudea messis parata erat. Merito ibi tanq; matura seges fuit, quando tot millia hominum preciarerum suarū afferebāt, & ad pedes apostolorū ponētes, expeditis humeris à sarcinis secularibus, Chrīm dñm sequebānt. Vere matura messis. Quid inde factū est? De ipsa messe cœcta sunt pauca grana, & seminauerunt orbē terrarū: & surgit alia messis, quæ in finē seculi metēda est. Ad istam ergo messem nō apostoli, sed angeli mītunt. Messores (inquit) angelis sunt. Ista ergo messis crescit int' zizania, & expectat purgari in fine. Illa uero messis iam matura erat, quō prius mis̄i sunt discipuli, ubi pphetae laborauerunt. Sed tū uidete quid dictū sit, Eut simul gaudeat, & q; seminar, & qui metit.] Disparis tēporis labores habuerūt, sed gaudio pariter perfruentur, mercedē simul accepturi sunt uitā æternam. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorū, propter verbum mulieris testimonij perhibētis, quia dixit mihi omnia quecūq; feci. Cum uenissent autem ad illum Samaritani, rogauerunt eū ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebāt, Quia iam nō propter tuam loquela m credimus, ipsa

enim audiuimus & scimus, quia hic est uere saluador mundi.] Et hoc paulatim animaduertendum est, q[uod] lectio terminata est. **Mulier** prima nunciavit, & ad mulieris testimonium crediderunt **Samaritani**, & rogauerunt eum, ut apud eos maneret. **E**t m[ea]s[em] ibi b[ea]t[us] duo, & plures crediderunt. **E**t cum credidissent, dicebant mulieri: **N**on iam propter uerbum tuum credimus, sed ipsi cognouimus & scimus, quia hic est uere saluador mundi. **P**rimo per famam, postea per praesentiam, sic agitur hodie cum eis qui foris sunt, & non dum sunt **Christianii**. **C**hristus nunciatur per **Christianos** amicos, tanquam ab illa muliere, hoc est, ecclesia annunciant ad **Christum** ueniunt, & credunt per istam famam. **M**anet apud eos biduo, hoc est, dat illis duo praecepta charitatis. **E**t multo plures credunt in eum firmius, quoniam ipse uere est saluador mundi.

SABBATO POST.

Oculi Iohannis VIII.

In illo tempore Perrexit Iesus in montem Oliueri, & diluculo iteru uenit in templum. Et reliqua.

Mons quippe Oliueti sublimitate dominicae passionis, & misericordiam desigant. **Q**uiā & grāce misericordia, oliuerum uocatur οἰωνή, & ipsa uincit αἰλιμμα fessis ac dolētibus membris sollet afferre leuamē. **S**ed & hoc, q[uod] oleum & uirūte ac puritate praeeminet, & quēcunq[ue] ei liquorē superfundere uoleris, confessim hunc transcendere, eiq[ue] superferri consueuit, gratiam misericordiae celestis non inueniēter insinuat, de qua scriptum est: **S**uanis dñs